17. Probatur 2° propositio negativa formalis certificat intellectum, ut quid in se formaliter constet veritatis, aut falsitatis; sed id efficere nequit, nisi copula negativa, quae habet esse copulae verae formalis: ergo. Probatur minor: si copula illa non esset vera formalis copula, subiectum, et praedicatum, et copula negativae propositionis informant intellectum, ut apprehensiones purae: nam ubi vera copulatio non datur, actus intellectus non transgreditur limites apprehensionis; sed quod informat intellectum ut apprehensio pura, nequit illum certificare quantumcumque multiplicet, ut quid in se formaliter constet veritatis aut falsitatis; nec ratio alia dari potest: ergo dicendum est copulam illam negativam esse veram formalem copulam. Mitto rationes alias.

18. Opponet aliquis, et inferes: ergo copula negativa praedicatum non removet a subiecto, nec semet ipsam, ut contra dicebamus. Praeterea si ita esset, ut probamus, male firmetur sect. 1. disp. 2. de iudicio iudicium esse in affirmativo contrarie copulatione; in negativo disiunctione formali. Respondeo copulam negativam formalem removere quidem praedicatum, et semet ipsam a subiecto ignorare; videlicet significando per expressam tendentiam intentionalem actus negativi non competentiam praedicati cum obiectivo subiecto; non autem exercite separando physice praedicatum, vel semet ipsam a subiecto formaliter. Similiter dicendum ad locum citatum de iudicio, nam ibi loquitur expositorie quidem, tamquam quid perceptibilis de signata unionis copulatione, et disiunctione: nam exercite tam copulatio, quam disiunctio formalis est copulatio; quamvis diversae speciei.

19. Rursus opponas: ubi non datur formale subiectum, et praedicatum non datur copula vera formalis; sed in negativa propositione formali non datur tale subiectum, et praedicatum: ergo. Minor probatur: subiectum est, quod sub praedicato ponitur, et praedicatum, quod dicitur de subiecto; sed sic non evenit in negativa formali propositione ut Petrus non est lapis respectu Petri, qui subiectum est, et lapidis, quae dicitur praedicatum: ergo. Deinde, quia negativa copula nihil aliud est, quam carentia sive negatio copulae seu unionis: ergo copula negativa formalis nequit esse copula vera. Respondeo oppositum argumenti probare nullam dari negativam propositionem; quare propter solutionem maioris nego minorem, ad probationem nego rursus minorem absolute loquendo, quia supponitur, et dicitur per negativam dictionem.

20. Ad aliud distinguo antecedens: nihil est aliud, quam carentia, sive negatio obiectiva concedo; quam carentia, sive negatio formalis subdistinguo: signate, et in repraesentando concedo; exercite seu in essendo nego consequens, et consequentiam. Solutio patet ex dictis. Et adnotandum est 1° particula non in copula negativa licet malignantis naturae censeatur destruere copulam affirmativam est, quae potest se reperire, et afficit immediate tantum non vero negativam, nec propositionem: quas inde potius constituit. 2° copulam affirmativam, non ideo copulam esse veram, quia repraesentat obiectivam identitatem subiecti cum praedicato, quae potest etiam per negativam repraesentari, sed quia determinat subiectum, et praedicatum ad totum intentionale; quod etiam efficit copula negativa.

21. 2° redeuntes iterum ad inceptum, dividitur propositio ratione formae in simplicem, et complexam. Simplex est, quae constat unico verbo, sive copula ut Petrus est homo. Complexa, quae constat pluribus ut Petrus legit, et legendo docet. Thomistae communiter appellant propositionem simplicem Cathegoricam, et complexam Hypotheticam; sed non recte: nam Categoria significat idem ac praedicatio; Hypothesis vero, conditio sic exponentibus antiquis dialecticis, et idiomatis graeci bene peritis: unde teste Boetio lib. de syllogismo Hypothetico Cathegorica propositio vallet idem, ac praedicativa; Hypothetica autem idem, ac conditionalis vel talis

suppositiva.

22 Alia de causa, cathegorica propositio dici debet illa, quae praedicat absolute, sive complexa sit sive simplex; hypothetica, quae praedicat sub conditione ut si Petrus studeat erit Philosophus. Et haec est una species propositionis complexae; quae praeterea subdividitur in copulativam, quae duas, vel plures simplices propositiones unit aliqua particula copulativa ut Petrus legit, et Paulus dormit. In disjunctivam, quae praestat idem particula disjunctiva ut Petrus vel dormit, vel ambulat. Item in causalem, quae causam reddit alicujus rei ut quia sol lucet dies est. In relativam ut Petrus qui disputat erit doctus. Et tandem in exponibilem, quae quia sensum habet obscurum eget expositione

23 Amplectitur haec autem distribui solet: nam alia dicitur exponibilis exclusiva quae nempe, nomen vel particulam habet exclusivam, ut solus, vel solum tantum &c ut solus Petrus vigilat, id est Petrus vigilat, et nullus alius vigilat. Alia dicitur exceptiva, quae continet exceptivam particulam praeter nisi & synonima, praeter Petrum in platea vidi, quae valet idem, ac vidi Petrum in platea et nullum hominem alium distinctum in ea vidi. Atque alia dicitur reduplicativa, quae continet particulam reduplicativam, scilicet quatenus ut in quantum & ut Petrus in quantum animal est sensitivus, id est: quia Petrus est animal est sensitivus

24 Hic enim ad veritatem, aut falsitatem dignoscendam in hujusmodi propositionibus observandum est hypotheticas, sive conditionales, ut verae non requirere veritatem absolutam utriusque extremi; sed sufficit dependentia, sive connexionem conditionatae cum conditione quae principaliter tantum asseritur: ratio propositionis: conditionali nihil ponitur in esse. Si tamen conditio sit contingens, et in propositionibus semper erit falsa ut si lucerna dormit [illegible] disputat; quia nulla datur connexio. Copulativa autem utriusque extremi veritatem requirere sic falsa est Petrus legit, et Paulus dormit, si vel Petrus non legat, vel Paulus non dormiat. Disjunctiva vero, si sit quidem affirmativa ut est saltem una de simplicibus vera, licet alia sit falsa si Paulo non legente, et currente, verum est dicere, vel Paulus legit vel currit. Si sit negativa, comparanda est opposita affirmativa, et exinde vera erit vel falsa.

25 Sed sciendum est, disjunctivas propositiones ex distinctis aliquando alterum extremorum excludere; aliquando praecipere ab altero alterutro si primo modo procedat erit falsa si vera utraque simplex demum se videatur ut vel Pater est Deus vel Filius est Deus. Et in hoc sensu loquitur D. Thomas (si sit eius opusculum) dum opusculo 48 negat esse ut disjunctivam, utraque simplici vera; si vero secundo modo sumatur permissive poterit esse vera: ut dum dicimus: Petrus aut sacerdos, aut diaconus. Et ratio est manifesta: nam prima propositio sub sensu exclusivo, sic reddit, vel pater tantum est Deus, vel Filius tantum. In permissivo secunda sic Petrus aut sacerdos, aut saltem diaconus, quae vera est licet Petrus sit simul diaconus, et sacerdos.

26 Item est observandum circa superius assumpta: causalem propositionem ad sui veritatem requirere veritatem utriusque simplicis, et quod altera dicitur ab alia inferatur, propterea quod [illegible] cum [illegible] generis, ut: Petrus homo est quia est animal rationale. Circa relativam et exponibilem dicendum est tantum requirere veritatem utriusque simplicis, ut [illegible] addito, quod si simplex continens relativum sit falsa relativa non erit modo falsa; sed continebit falsum suppositum, vel implicatoriam in terminis ut leo qui non est irrationalis est sensitivus.

27 Tertio dividitur adhuc enunciatio ratione formae in absolutam, quae de inesse dici solet, et in modalem. Prima dicitur, quae sine modo praedicatum asserit de subiecto ut Petrus legit. Petrus est albus. Secunda quae modum habet [illegible] ut Petrus diligenter praeparat [illegible]. Propositio modalis frequentius continet duas simplices: altera de dicto, seu dictum appellatur quae ipsa habet rationem subiecti sive loco primo sive postremo ponatur; altera dicitur de modo, quae secunda ipsa habet praedicati rationem ex parte modi. Modi, quibus in hac utuntur communiter dialectici, sunt 4, qui [illegible] advertit sic se habent: necessario contingenter possibiliter impossibiliter: sinonimis [illegible]: necesse, vel necessarium contingens possibile, et impossibile

28 Si continet aliquo de praedicatis adverbium continebit simpliciter implicite tantum ut Petrus contingenter currit, quae sic explicatur Petrum currere contingens est. Si vero contineat aliquod de nominibus, continebit explicite ut Deum existere necessarium est. Veritas aut falsitas propositionum modalium solum pendet a convenientia modi, sive propositionis de modo, cum dicto, sive propositione de dicto: ita ut si deficiat ea convenientia etiam si verum sit dictum in se, falsa sit tota propositio, vel contra: sic adhuc Petro currente falsa est haec: Petrum currere necessarium. Et haec alia vera licet Petrus non currat: Petrus contingenter currit: sive Petrum curre

ne contingenter

29 Ratione quantitatis dividitur propositio in universalem, particularem, singularem, et indefinitam. Universalis est illa cuius subiectum afficit nota universalitatis ut: homo omnis est animal: nullus homo est lapis. Particularis cuius subiectum afficit nota particularitatis: ut quidam homo currit: aliquis homo est albus. Singularis, cuius subiectum est singulare, vel nota singularitatis afficitur: ut: Petrus est homo, vel: hic homo est animal. Indefinita vero cuius subiectum est terminus communis, sed nulla afficitur nota ut leo est animal: homo non est lapis &c. Circa veritatem aut falsitatem nihil speciale occurrit.

30 Observandum est tamen in hoc genere, quod propositio indefinita si sit affirmativa, et in materia naturali, aequivalet universali affirmativae ut ista homo est animal id est omnis homo est animal. Idem videtur dicendum de negativa in eadem materia. Si sit negativa, in materia impossibili aequivalet negativae universali ut ista leo non est lapis id est nullus leo est lapis. In materia contingenti sive affirmativa, sive negativa sit, aequivalet particulari, vel affirmativae, vel negativae: sic homo est albus: homo non currit, aequivalent his aliquis homo est albus: aliquis homo non currit. Quod hoc dictum sit contra communem expositionem; ego vero de negativa iudico posse saltem universaliter de subiecto negare praedicatum contingens.

31 Ratione tandem qualitatis dividitur propositio contra communem [illegible] in veram et falsam. Vera est quae obiectum enuntiat ut est in se, sive quae conformatur cum obiecto suo prout enuntiatur absque [illegible] ut Deus est homo. Falsa vero, quae aliter ac est enuntiat obiectum, nec conformatur cum illo, prout enuntiat, ut Deus est leo. De affirmativa, et negativa propositione, quas alii requirunt huius loci non egimus ubi de divisionibus ratione formae, quia indicavimus affirmationem, et negationem esse differentias essentiales enuntiationis. Nunc sequitur ut agamus de proprietatibus propositionum: oppositione videlicet, aequipollentia, et conversione.

Sect. 3a de propositionum Oppositione.

1 Nomine [illegible] sermo de oppositione physica, seu ea, qua videlicet una forma physica suam contrariam expellit ab eo

formas ab eodem subiecto; sed de formali tantum vi cuius duae propositiones opponuntur in qualitate videlicet: in veritate vel falsitate seu affirmatione vel negatione respectu eiusdem obiecti, sed ut dictis intelligendam praenotandum est 1o: quod sicut in oppositione physica, de omni modo loquendi reperitur pugna qualitatum in oppositionibus naturalibus in eodem subiecto simul cum subiectum in quo tale exercetur pugna; sic analogia servata reperitur in oppositione formali. Quoad subiectum adaequatum huius oppositionis ratio [illegible] duplici propositione, de subiecto eodem, et praedicato, saltem inadaequate formaliter.

2 Hic ita, sic definitur oppositio formalis propositionum, prout colligitur ex Aristotele 1o perihermenias cap. 4, et 5: repugnantia duarum propositionum, circa idem de eodem. Genus est repugnantia duarum propositionum, per quod convenit oppositio formalis, cum oppositione qualibet communiter duarum propositionum, ut qualis reperitur in his Deus est iustus; Deus est iustus. Reliqua sunt differentiae, per quas denotatur 1o repugnantiam illam debere esse [illegible] formali, seu intentionali propositionum quae consistit in affirmatione, vel negatione praecipue. 2o: debere versari circa idem obiectum. 3o debere circumstantias easdem utrique competere propositioni: unde debent significare tempus idem, et locum sub eadem appellatione modo, suppositione &c.

3 Praedictis defectu non sunt oppositae formaliter 1o Deus est iustus; Deus est iniustus, licet 1a sit vera 2a falsa existat. 2o: Petrus est albus Ignes non est iustus, licet una esset vera, et alia falsa. 3: Petrus dormit nocte; Petrus non dormit in die similiter: Petrus sedet [illegible]; Petrus non sedet Romae. Ignes est magnus philosophus; Ignes magnus est philosophus, et sic cetera reliquae locutiones. Sed observandum est dicere particulas contra idem, pro quas significetur illa conditione, non [illegible] contra communem philosophorum, signa quantitatis propositionum, videlicet: omnis nullus quidam aliquis &c. Ratio est quia mutando eorum non impeditur, quominus debeant adesse, et idem subiectum, et eaedem circumstantiae.

4 Quadruplex oppositio distingui solet a philosophis in propositionibus contradictoria contraria subcontraria, et subalterna. Contradictoria oppositio, praetermissis aliis explicationibus est repugnantia duarum propositionum circa idem, et de eodem, quarum una [illegible] sit, quatenus sufficit, ad aliam falsificandam. Et inde si sit altera propositionum universalis altera debet esse particularis; et duae [illegible]

dictoriè de lege, et nova, vg: omnis homo est albus; aliquis homo non est albus
seu altera singularis altera singularis esse debebat.
et denique contradictoriè de lege contraria, vg: Petrus est albus; Petrus non est albus.
Et observandum, quod inter universalem, et singularem non datur oppositio contradictoria;
sed contraria tantum: eo, quod universalis vg omnis homo est albus ut falsa sit non requirat, ut Petrus determinate sit albus.

5 Oppositio contraria est: repugnantia duarum propositionum, quarum altera plus asserit, quam requiritur, ad aliam falsificandam,
vg omnis homo est albus; nullus homo est albus. Vel etiam: omnis est albus; Petrus non est albus. Unde versari debet haec oppositio, inter universales, et universales;
vel inter universales, et singulares. Subcontraria sic dicitur, quia propositiones eius ponuntur semper sub aliqua universali, cui contraria, inter opposi-
tio, cum alia, ex adverso correspondet. Definitur autem, repugnantia duarum propositionum, quarum altera non tantum asserit quantum requiritur ad falsificandum aliam vg: aliquis homo est albus; aliquis homo non est albus: vel etiam Petrus non est albus. Et haec semper ut, in exemplis patet
versatur inter particulares, et particulares, vel particulares, et singulares.

6 Postremo subalterna dicitur repugnantia duarum propositionum, quae differunt quantitate solum, sic opponuntur vg: omnis homo est albus; aliquis homo est albus. Vel aliquis homo est albus; Petrus est albus. Quod vero de hac oppositione sentiamus postea videbitur. Ex dictis tamen apparet, ad oppositionem requirere propositiones, vel universales, et particulares, vel particulares, et singulares. Item utramque, et alteram debere esse, vel affirmativam simul, vel negativam. Propositio universalis respectu particularis, et particularis respectu singularis, in hac oppositione dicitur subalternans; particularis vero respectu universalis, et singularis respectu particularis dicitur subalternata; quia haec ambarum superiores continent; hae vero ambarum inferiores continentur in iis. Sed haec omnia schema subsequens ob oculos luculentius opponet.





1 Ut autem aliqua difficultate occurrenti solvamus circa propositionum oppositionis, supponendum est illas in veritate fundari duorum principiorum ratione naturali notissimorum, quodlibet est vel non est, et impossibile est idem simul esse, et non esse. Quibus respective sic naturaliter deducitur: ergo repugnat, quod de eadem re sub eisdem circumstantiis verificetur, et non verificetur idem praedicatum; sed propositio est natura, quod si altera propositio de duabus sit affirmativa, et vera; et altera negativa, circa eandem subiecti circumstantiis, et vera etiam, vel haec debeat verificetur, et non verificetur de eadem re sub eisdem circumstantiis, idem praedicatum: ergo similes propositiones repugnat, ut sint simul verae vel falsae simul: et per consequens in eis oppositionis, quoad veritatem, aut falsitatem. Et inde sequitur etiam, quod illae propositiones erunt in ratione oppositae, quae modo praedicto repugnet verificari, aut falsificari simul.

Quibus suppositis: quaeritur: utrum fit oppositiones assignatae possit assignari alia propositionum oppositio realis; vel quae ex illis sit rigorosior? circa primum respondeo negative, cum communi omnium Doctorum. Et inquirendo in praesenti simpliciter dicendum quaestio. Ita desumitur ex praecedentibus: quia nulla est excogitabilis oppositio propositionum, in qua altera non affirmet, vel neget, vel quantum praecise sufficit, vel plusquam sufficit, vel minus, quam sufficit ad aliam falsificandam: desde ex alia parte nulla alia reperitur oppositio, nisi quae in subalternantis, et subalternatae, vel contrariae: ergo cum oppositio rigorosior sit contradictoria, 2a contraria, 3a subcontraria, et 4a subalternarum nulla praedicatarum assignari valet oppositio realis propositionum.

Circa 2um: dico 1o: contradictoriarum oppositionum est rigorosior oppositionum realis. Probatur: quia de propositionibus contradictoriis affirmat una, quod altera negat, et contra: nec possunt simul falsificari, nec simul verificari: ergo. Probatur 1o antecedens de contradictoriis singularibus sive de lege regulae: Petrus est albus; Petrus non est albus, quarum 2a plane negat quod affirmat 1a, nec possunt simul verificari, vel falsificari: quia si verificarentur Petrus esset et non esset albus absolute simul; et si falsificarentur Petrus nec esset, nec non esset albus absolute simul: quod utrumque repugnat, et contrariatur principiis superius appositis.

10 Probatur 2º ideo quoad primam partem, de contradictoriis non singularibus aut de lege, et nota utrasque omnis homo est albus; aliquis homo non est albus. In quibus patet enim alteram negare, quod altera affirmat licet non sub eadem notatione nihil obstat ut diximus ex communi philosophorum. Deinde nequeunt simul verificari, nec falsificari simul. nam ut vera sit haec: omnis homo est albus requirit ut nullus detur homo non albus; et ut sit falsa sufficit ut vel unus detur non albus; sed si nullus homo detur non albus, falsa est eius contradictoria nempe aliquis homo non est albus: et si detur vel unus non albus vera est eadem: ergo si verificat illa semper ista falsificat, et contra si falsificat illa semper ista verificat: ergo nec simul possunt verificari, nec falsificari simul. Similiter in aliis discurrendum est. Et consequenter inter has oppositionem adaequatam esse.

11 Dico 2º contrariarum oppositionem esse rigorosam saltem inadaequate, videlicet in veritate probatur: quia propositiones eius utrasque omnis homo est albus; nullus homo est albus * sunt ex affirmatione et negatione alterius in alteram, quod per se patet, licet non repugnent falsificari simul, ut primum de facto falsificantur, nunquam tamen verificari simul. Probatur quoad 2am partem, ut vera sit omnis homo est albus requiritur ut nullus homo detur non albus, et e converso, ut nec ipse quidam: ergo si sit illa vera falsa deberet esse nullus homo est albus. Et quidam non est albus: ergo nequeunt istae propositiones verificari simul idque convincit esse contrario.

* quidam homo est albus; quidam non est albus

12 Praeterea: quia si contrariae possent verificari simul possent similiter verificari contradictoriae; sed hoc repugnat: ergo. Probatur maior ut vera sit haec omnis homo est albus necessario requiritur ut albus sit omnis homo in individuo, et consequenter ut quidam sit albus; sed ut vera sit propositio quidam est albus; sed ut vera sit nullus homo est albus necessario requiritur, ut nullus homo in individuo sit albus, et e converso, ut nec quidam sit albus, et quod vera sit propositio: quidam non est albus: ergo ut utraeque sint simul: omnis homo est albus; nullus homo est albus, necessario requiritur, ut utraeque sint simul: quidam est albus quidam non est albus, quae sunt certe inter se contradictoriae: cum igitur hoc sit impossibile, sequitur ut illud quoque sit impossibile simul de quarum conficitur argumentum.

13 Dico 3 subcontrariarum oppositionem esse rigorosam inadaequate, videlicet in falsitate modo praedicto contrario. Tenet oppositum D. Thomas in lib. perihermenias lect. 11, nec fortasse repugnat, Armeniae cum aliquibus recentioribus. Sed probatur assertio; quia propositiones eius utrasque aliquis homo est albus aliquis homo non est albus in primo affirmant, et negant indeterminate de eodem homine: deinde licet possint simul verificari si nempe (ut de facto) dentur homines albi et non albi nequeunt tamen falsificari simul ergo sunt oppositae rigorose in falsitate. Deficit a paritate contraria, quia contrariis propositionibus ideo contrarietas rigorose sunt oppositae in veritate: quia licet possint falsificari non possunt verificari.

14 Probatur quoad 2am partem: ut falsa sit haec subcontraria aliquis homo est albus debet esse vera contraria nullus homo est albus: et ut falsa sit haec altera subcontraria aliquis homo non est albus, debet et haec vera esse contraria huius alterius: omnis homo est albus; sed ut probatum est, et omnes admittunt istae contrariae omnis homo est albus; nullus homo est albus, non possunt simul verificari: ergo nec falsificari simul istae subcontrariae aliquis homo est albus; aliquis homo non est albus. Sic in similibus procedendum. Aliquando vero subcontrariae nec possunt falsificari simul, nec verificari quod patet in istis aliquis homo est animal, aliquis non est animal. Sed hoc contingit provenit a materia circa quam propositiones, non a forma.

15 Dico 4: subalternarum oppositionem non esse rigorosam oppositionem formalem. Probatur: quia propositiones eius possunt esse simul verae simul falsae, quod patet in his: omnis homo est albus, aliquis homo est albus. Si nempe totum homines essent albi, vel nullus esset, quod evenire potest. Deinde philosophus 1º perihermenias cap. 4 supponit ut certum oppositionem propositionum in eo consistere, quod enuntiet una, quod res est, et altera quod res non est; atqui subalternae vel enuntiant utraque quod res est vel utraque quod res non est: ergo non sunt oppositae rigorose formaliter. Dicuntur rigorose quia solum ut dictum est habent minimam oppositionem ratione, scilicet quantitatis relationis maioritatis, et minoritatis in propositionali.

16 Ex omnibus autem usque dictis infero 1º contradictoriarum oppositionem esse maximam inter omnes alias formale, et rigorosam. Et ratio est: quia pugnant in veritate simul, et falsitate: quod nec habet contraria, nec subcontraria: quare dicta, nec possibi-

les sunt propositiones contradictoriae simul verae, nec falsae simul. Inferes 2° contrariis, et sub contrariis oppositionem esse in quadam gradu oppositionis licet diversae, quia altera pugnat praecise in veritate tantum, et altera tantum in falsitate. Subalternarum non convenit cum praedictis in ratione formali oppositionis, et ideo in hac parte nullum proprie possidere gradum.

VI Infereres 3°: nullum dari posse propositionem (ut de ceteris taceamus) cui non valeat assignari contradictoria; quia nulla potest dari propositio, quae non sit vel vera, vel falsa: si vera excludit formaliter falsitatem; et per consequens pugnat in veritate cum falsitate, quae certe per aliquam propositionem aliquid valet; si falsa formaliter veritatem excludit; et consequenter pugnabit cum falsitate cum veritate, quae per aliquam propositionem exprimi certe potest. Ex his sequitur non minus opponi posse contradictorie propositiones de numero plurali, quam singulari. Sic contradictoriae sunt: omnes homines currunt, non omnes homines currunt. Item omnes Christi Apostoli sunt 12, non sunt 12 omnes Apostoli Christi. Quod est dicendum de ceteris, et collectionibus.

Sect. IV. Sophismata, quaedam contra contradictoriam oppositionem.

1 Statuimus, in praecedenti contradictoriarum oppositionem non modo rigorosam esse; sed adaequatam, omnium maximam, in veritate simul et falsitate pugnantes, ita ut impossibile sit dari duas propositiones contradictorias, quae simul sint verae vel falsae simul: adversus quas nihilominus aliqui oppositionibus multas sunt excogitatae cavillationes, atque sophismata, rhetorica multis modis, eiusdem propositiones obiicere seriemque ceterarum falsificare, quas ideo hic verbum praeponimus propugnationem, quarum solutio maximam lucem afferet adversarius, si sterna definitionem oppositionis traditur, et maxime, de qua specialiter agimus, quae ab in scholas studiis ingerere difficultates.

2 Opponunt igitur 1°. Istae sunt contradictoriae: Deus generat, Deus non generat. Item Christus est mortalis; Christus non est mortalis; sed omnes sunt simul verae: ergo dantur propositiones contradictoriae simul

verae. Maior certe videtur. Minor ostenditur: quia Pater et Deus et Filius est Deus: item Christus est Deus; et Christus est homo; sed pater generat, et Filius non generat: Deus est immortalis, et homo natura sua mortalis: ergo. Respondeo propositiones illas esse tantum contradictorias, quatenus praeponeret accipitur supra personam eandem, vel patris, vel Filii; praeterea vero, si supra naturam eandem Christi, vel supra naturam eiusdem seu humanam, sive Divinam: et tunc altera vera semper est, et altera falsa; de cetero tamen cum non sit idem in utraque subiectum, nec oppositae sunt. 13

3 Opponunt 2°: Istae sunt contradictoriae: omnes Apostoli Christi sunt duodecim; aliqui Apostoli Christi non sunt duodecim. Item: omnis homo servans mandata Dei salvabitur; aliquis homo servans aliqua mandata Dei non salvabitur. Item: omne animal fuit in arca Noe; aliquod animal non fuit in arca Noe; sed omnes sunt simul verae: ergo. Respondeo nego maiorem: quia variatur in omnibus suppositio. In primis, et secundis propositionibus 1a supponit collective; 2a distributive: in ultimis vero, 1a supponit incomplete, 2a complete. Quod ut appareat hoc modo sunt perlegendae.

4 Prima primi binarii loquitur de numero, et collectione Apostolorum Christi, quae certe duodenarii numeri est; 2a de singulis Apostolorum determinate, quae certe nec numerum, nec collectionem complectitur; cum autem loqui de collectione, et numero, et loqui de non collectione et numero, stare nequeant sine mutatione subiecti; propositiones illae non servant idem subiectum: et ideo licet verae sint, non sunt contradictoriae. Similiter dicimus in 2° binario contra istas omnes Dei mandata. De 3° binario 1a propositio loquitur, de omni specie naturae; 2a vero de omni animali in individuo: cum autem existente speciei, unusquisque non sufficeret existentiam omnium individuorum sub illa dicitur, non valet praedicari, de quolibet individuo existentia esse eo, quod species existat: et ideo speciei, et individuis illius propositionibus, non sunt idem subiectum; et consequenter non sunt contradictoriae.

5 Ut autem contradictoriae sint debent procedere: omnes Apostoli Christi sunt 12; non omnes Apostoli Christi sunt 12: vel eo modo, quo posuimus supra sunt propositiones. Item omnis homo servans omnia mandata Dei salvabitur; aliquis homo servans omnia mandata Dei non salvabitur. Item: omne animal fuit in arca Noe; aliquod animal cuiusque speciei non fuit in arca Noe. Sed in hoc sensu semper est una vera, et altera falsa. Et hic notanda diversitas inter obie-

ceas propositiones, et illas quas nos apponimus; nam schema
ve scilicet omnis homo est albus; aliquis homo non est albus in his enim
subiectum omnis homo supponit distributive pro hoc, et illo,
et alio homine, qui non distinguitur ab hoc, vel illo, vel alio, qui
pro eaque significat aliquis homo; quia adiungitur tota collectio
Apostolorum, et mandatorum distinguitur a singulis enim pro
determinate significativis.

6 Opponens 3o: propositiones istae sunt simul verae; in hoc fluvio
sunt pisces, in hoc fluvio non sunt pisces. Deinde: nullus oculus
requiritur ad videndum; aliquis oculus requiritur ad videndum; sed sunt
contradictoriae: ergo minor certa videtur. Maior probatur: nam
in prima, in hoc fluvio supponit dari pisces; deinde dantur
enim lapides, qui non sunt pisces: ergo sunt pisces, et non sunt pisces.
Deinde: nec dexter oculus, nec sinister requiritur ad viden-
dum: ergo nullus; deinde vel dexter, vel sinister requiritur: ergo
aliquis: ergo sunt simul verae praefatae propositiones

7 Respondeo praedictas propositiones sunt simul veras sed
vera eadem suppositione nego; non variata contradictoriae maiorem: et contra
opposita minori nego consequentiam. Ad reliqua: dentur ita pisces, et
lapides in hoc fluvio, non tamen variis ad videndum, nec dexter, nec
sinister oculus determinate; sed nisi secunda neget esse pisces,
de omnibus entibus, sed quae pisces comprehendit enim existentes in hoc
fluvio, nunquam erit contradictoria prima. Similiter nisi nullus
oculus supponat eodem sensu nunquam propositio illa dicetur altera;
aliquis oculus. Nec ita illi: quia tamen in hac aliquis
oculus in hac sensu supponit: At si sic supponunt certum,
in primo variatio prima esse vera, et secunda falsa: in secundo prima falsa, et secunda
vera.

8 Opponens 4 istas sunt contradictorias nullum intelligibile
potest cognosci, aliquod intelligibile potest cognosci; sed ambae
sunt verae: ergo. Minor patet de prima de secunda non minus: quia
subiectum de quo aliquid affirmatur procul dubio cognos-
citur. Respondeo propositiones praedictas in alio sensu simul
esse veras, et in alio contradictorias. Sunt simul verae, si prima sup-
ponat formaliter id est intelligibile significet extra conceptum
mentis vel expressionis formalis; et secunda materialiter pro eodem conceptu

seu expressione mentis intelligibile: sunt autem contradictoriae si vel,
utraque supponat formaliter, vel utraque materialiter; id in hoc semper
una altera vera, et altera falsa semper. 74

9 Opponens 5o: istae sunt contradictoriae: si Petrus existeret
et, non existeret. Petrus existeret, si Paulus existeret et non
existeret, Petrus non existeret. Atque sunt simul verae: ergo.
Nego maiorem, quia secunda non negat, quod requiritur ad contradictionem,
haec igitur erit ejus contradictoria: si Petrus existeret, et non ex-
isteret Petrus non totus existeret. Similiter huic si Petrus est,
et non est sapiens Petrus est sapiens, nec alienda contradictoria
si Petrus est, et non est sapiens Petrus totus non est sapiens. Deinde huic:
si Petrus et Paulus caput simul existeret, Petrus existeret, et non
existeret, et non existeret. Deinde contradictoriam si Petrus caput
aptia simul existeret Petrus, vel totus existeret, vel totus non
existeret.

10 Hic pro simultanea veritate propositionum contradictoriarum;
nunc opponens 6o pro simultanea falsitate. Propositiones istae
omnis homo est albus; Petrus non est albus sunt contradictoriae; id possunt esse
falsae simul si nempe Petrus non est albus, et Petrus est: ergo.
Nego maiorem: nam praedictae propositiones, ut ex nostro dicat schemate,
sunt contrariae totum, quae non repugnant simul falsificari. Simi-
liter dicendum de istis omnis homo currit Petrus non currit, atque
similibus. Quod si minor aliquid adderet nempe omnis homo existens est
albus; Petrus existens non est albus, non omnino non essent contradictoriae;
id nec opponere reponere: cum utraque addat nunc sensum af-
firmativum de eo omnis homo est esse albus; de eo quod est non esse
albus, de quibus nulla negat quod principaliter affirmat alte-
ra

11 Propositiones ergo maiores, licet simul falsae sint non sunt contradicto-
riae multae propositiones alioqui contradictoriae ut Petrus existens
est albus; Petrus existens non est albus: Petrus ipse currit; Petrus ipse non cu-
rrit. Cum minor, quia principalis ... propositionum nunquam ne-
get ita ipse si procedere debent ut contradictoriae sint, et unquam
vel altera vera sit, et altera falsa: Petrus existens est albus; Petrus non
est existens albus: Petrus semper currit Petrus non ipse currit.
Ex dicendis, quod in maxima ... propositiones definitae

quq quq n̄ mediate sit debere negari 2nq, verbi gratia hic
equus ē albus, hō n̄ equus ē albus. Non admittitur 2ª contra-
dictoria omnium: quia 2 versatur in particulares; 2ª nobis
admissa ponitur

12 Oppones 7º istas n̄ 2ª dictorias Petrus, et Paulus cu-
rrunt Petrus et Paulus n̄ currunt. Item solus Petrus currit n̄
solus Petrus currit; sd possunt ēē falsæ simul siquidem Petrus n̄
curreret, et Paulus curreret: ergo Respondeo neg. maiorem n̄
n̄ 2ªrias totus: quia propositionibus copulativis n̄ 2 dicit nisi
p disiunctivas hoc mō: Petrus, et Paulus currunt; l Petrus l Paulus n̄
currit. Item solus Petrus currit; l Petrus n̄ currit l alius a Petro
currit, et ratio ē: quia Petrus et Paulus currunt affirmat
simultaneam cursum Petri, et Pauli, pro qua falsificanda suf-
ficit, qd alter n̄ curreret. Item solus Petrus currit affirmat
et currere Petrum, et nullum alium a Petro currere similiter
de hac, et similibus Petrus albus l qui ē albus currit, cuius
ē hæc 2ªdictoria l Petrus n̄ currit, l n̄ ē albus.

13 Oppones octavo: propositiones istas n̄ 2ª dictorias, cuius
libet hoīs oīs equus ē albus; cuiuslibet hoīs aliquis equus
n̄ ē albus; sd possunt ēē falsæ simul: ergo. Neg. maiorem
n̄ m. 2ªrias cum 2ª neget pluraque requirit ad sui falsif-
icandum: ut 2ª dictorias sint ita 2ª se se debet habere ali-
cuius hoīs aliquis equus n̄ ē albus. Ob eamque rationem n̄ sunt
istæ 2ª dictoriæ quilibet equus cuiuslibet hoīs ē albus;
aliquis equus cuiuslibet hoīs n̄ ē albus nisi 2ª sic affir-
mat aliquis alicuius hoīs n̄ ē albus. Multa præterea
solent implicari p simultanea falsitate; sd nemi-
mis in hoc protrahamur, procedemus ad n̄ nulla, quæ
simultaneam veritatem vel falsitatem probare videntur

14 Oppones 9 istas n̄ 2ª dictorias si daret hō lapis
eet rationalis, si daret hō lapis, n̄ eet rationalis: sd
n̄ quæ verum simul, et quæ falsæ: ergo dantur propositiones
2ª dictoriæ n̄ totus veræ l falsæ; sd et veræ simul, et fal-
sæ. Minor probatur de 1ª parte quia n̄ potest hō n̄ eē
rationalis; sd a lapis nullatenus eē potest. De 2ª: quia
rationali repugnat lapidē; neque ratū hoī. Res-

pondeo proterviam, aliis modis respondendi, scilicet sup-
positione implicatoria, sequi hos rationes fore simul, et n̄
ratas, et ita n̄ illas, quæ 2ª ponit tempore propositioni fore 2ª
dictorias eius, sd hæc alias; si daret hō lapis, n̄ idem esset
ratū ad ministrum aliarum e præcedentibus: quæ quidem sub
Hypothesi data simul eet vā 1ª vo falsa simul.

15 Oppones 10 Petrus currit, n̄ Petrus currit possunt ēē
veræ simul, et simul falsæ: quia si Petrus n̄ curreret, et ali-
ud a Petro curreret sunt simul veræ; si vo nec Petrus nec aliud
a Petro curreret sunt simul falsæ; sd oppositæ 2ª dictoriæ:
ergo. Præterea n̄ repugnat propositio simul va, et fal-
sa: ergo n̄ repugnat imo maxime ē qd eius 2ª dictoria sit
simul va, et falsa: ergo possunt duæ 2ª dictoriæ ēē veræ simul
et falsæ. Probatur 1º. et supponamus Deum hoc pactum inire
cum Petro si 1ª propositio, quam eliciat sit va dabo tibi gloriam: et
Petrus hanc propositionem sic eliceat: Deus n̄ dabit mihi gloriam.

16 Nunc sic, l ea propositio Petri ē va l falsa?
si va: ergo Deus dabit Petro gloriam, et fideliter implebit; sd eo
ipso propositio Petri ē falsa, quia Deus asserit sibi n̄ daturum
gloriam: ergo propositio Petri ē va, et falsa simul. Si dicatur eē
falsam: ergo Deus n̄ dabit Petro gloriam, quam soli promittat sub condi-
tione veræ propositionis; sd eo ipso propositio Petri ē va enim: ergo ē va, et
falsa. Ad 1m omissa maiori neg. minorem: quia propositiones illæ
n̄ habent idem subiectum, ut patet n̄ n̄ illas, Petrus, et qd qd n̄ ē Petrus.
Ad aliud negato quæ, ad probationem dico repugnare pactum in Deo,
simile pactum si oppositum habeat enim in alias propositiones negativas donis
donationes: nam teneret Deus dare simul et n̄ dare gloriam,
quod implicat.

17 Hic pariter enim propositiones, quæ dicebantur ab quæ-
stiones indissolubiles, quarum aliæ specialiter falsificantes vocantur: quia
semet ex se falsificantur: ego sum falsa; l ego sum mendax
aliæ dicuntur impossibilitantes, ut hæc enuntiatio ē impossibilis vide-
licet contra veritatem; aliæ destruentes suæ necessitatem, ut ego
n̄ sum necessaria, nimirum contra veritatem, aliæ denique vocari solent
destruentes suæ contingentiæ, ut hæc ego n̄ sum contingens, contra ve-
ritatem enim huius tamen specialiter agemus sibimet ipsi repugnat, n̄

ex genere re ipsa supponi eo. Solet opponi bzera quid Sacre pagine textus, ut dicitur ait Propheta Regius ego dixi in excessu meo omnis homo mendax. Item dicitur Apostolus Paulus ex Epimenide Poeta Cretensi refert. Cretenses semper mendaces, et addit Sanctus Apostolus testimonium hoc verum est.

18 Sed omnes illas propositiones ipsas omnino repugnantes quas Lorada dixit in symmetriam cap. 3 num. 24 non propositiones insolubiles, dico nec veras, et falsas simul, sed chymericas et repugnantes. Et ratio est quia chymericum est, et repugnans illud ex quo ratio sequitur aliquid chymericum, et repugnans, ut ex sequitur ex earum propositionum possibilitate. Ita sequitur eas simul esse et non esse: ergo dicendum est chymericas, et repugnantes. Unde dicitur quod extreme fecerunt similes propositiones, si pure reflexe loquantur non significant in ipsa re, sed propositiones illas, sed propositiones solutas, ipse in voce apparent tanquam propositiones vocales. Hec illas opponit cognitioni reflexe, sano sensu producere, nec sibi contradicere.

19 Quod attinet ad Propheta Regius loquebatur propter excessum: ergo dixi paulisper in excessu meo, quasi diceret, ut inquit S. Gregorius, ipse et ipse mendax in quantum homo; ipse non est mendax in quantum per excessum supra hominem. Testimonium a Poeta Cretensi quod D. Paulus assumit verum est nec significat aliud quam ut plurimum Cretenses mentiri, opposite sententiam, quod ille Poeta quod Cretensis dicitur sic diceret. Et ut sepe in propositiones colligendum est ex nimis regula vsalis, et semper ut ad assignandum ut alios propositioni dictorum est, quod paulum predicti Scit videlicet, quod una neget quantum sufficit ad ejus falsificandum: quod quod asseveravit alii.

20 Requirit a hoc regula, quod in propositionibus simplicibus, et absolutis negatio cadat in verbum, in complexis a supra principale verbum eo modo quo sequitur. In hypotheticis supra dictionem, quod in hypothetica repugnantia probata est negationi ergo si vero dictio in propositione a ergo poni solet negatio toti propositioni, ut si Petrus currit quia volat, et ex quo Petrus currit volat, aquila volat, non sic Petrus copulativa tali modo negandum ut simul et copulatio negetur vel una vel alia per negationem que est negativa conjunctionis celativae. Item in causalibus negationem poni debere cum disjunctionem ut Petrus est albus quia est albus. Petrus albus est vel non quia est albus.

[margin: + aquila]

21 Idem servari debet in relativis et temporalibus: ut in his explicandum est sensus obscurus. In modalibus a modo se negandum. De his fere omnibus regula desumitur propter ex objectionibus et solutionibus precedentibus. Sed ad pleniorem intelligentiam, et aliarum solutionum notandum est primo propositionibus quas quidem de aliqua specie precesserunt, et dicitur de signo dualitatis ut uterque leo currit: neuter leo currit legitime contradici per tam alter ut alter leo non currit: alter non legit. De 2° non dubitatur; de 1° nec dubitari debet, licet communiter dubitetur, ut ejus enim est, vel semper applicatur supra venatum determinatum; vel supra clarum determinatum, et distributum in suos venatos.

22 Et inde valet idem: uterque leo currit, ac iste, et ille leo, cujus venatum vel horum venationum currit. Et idem alter leo non currit, ac hujus venatum vel horum venationum alter leo non currit. Notandum 2° propositiones de subjecto non supponente ut chymera distat a me; chymera non distat a me, esse contradictorias si quidem nil affirmet aut neget ex parte subjecti: quia sic verum semper est dicere, ut chymera a me non distat falsum a me distare. Si non alter fiat ex parte contradictionis ut utraque in copulativa chymera existit affirmat et dicetur, ut non distet hoc modo chymera existit, et distat a me, chymera existit, et non distat a me, quod utrumque falsum fiunt.

Sectio IV. De propositionum Aequipollentia, et Conversione.

1 Propositionum aequipollentia, quam 2a propositio est nil est aliud quam omnium ipsius dialecticorum quam duarum propositionum cum earum ratione significatio, quam etiam ita definiri solet ratio equalis duarum propositionum cum diversitate propositionum. Sed haec multum esse potest in presenti non vero nobis dumtaxat de equipollentia propositionum oppositarum, quae vel unice vel saltem principaliter est hujus loci. 3 regule communiter a dialecticis assignantur quibus propositiones opposite sub eodem alioqui subjecto, et predicato aequipollentes sibimet fiunt, aequipollentiae, vel additione vel detractione

ne particula negativa rame cuius alterna significat ab l. aequivalet eius opposite. Versus ad hoc explicanti carmine communiter apponi solito.

Prae 1a tradit, post 2a, prae, post que subalter

2. Prae 1a dic 1a regula, quae denotat contradictorias fieri aequipollentes per ante positionem particulae non ad subiectum cuiusque ut ex. non omnis homo est albus, quae valet id, ac: aliquis homo non est albus. Item non aliquis homo non est albus idem ac omnis homo est albus. 2a regula: Post 2a, quae denotat contrarias fieri aequipollentes per post positionem ad subiectum eius particulae sic vg. omnis homo non est albus, aequivalet nullus homo est albus, et nullus homo non est albus huic omnis homo est albus. 3 regula Prae, Post que subalter id est propositiones subalternas fieri aequipollentes si particula negativa praeponatur, et postponatur subiecto.

3 Sic: non omnis homo non est albus aequivalet huic aliquis homo est albus, et non aliquis homo non est albus huic: omnis homo est albus, et sic de aliis. Aequivalentia omnium horum, et aliorum [illegible] sequentibus continentur carminibus:

Non omnis quidam non; omnis non quasi nullus:
Non nullus quidam; sed nullus non valet omnis:
Non aliquis nullus; non quidam non valet omnis:
Non alter, neuter; neuter non praestat uterque.

Sed adverte, quod praedictae regulae tantum valent de 2a dictionis contrariis, et subalternis de lege, et non etiam de lege tantum: quia singularis propositio per nullius additionem, vel [illegible] particulae negativae alteri sibi oppositae valet aequivalere; nec 2a licet aliquid una pereat in alia mutari.

4 Rogabis 2a, quid de subcontrariis, nunquid possit fieri aequipollentes? affirmant Doctores [illegible] Alphonsus cum aliquibus recentioribus, sed verius indico cum communi non posse, nisi nimis duras propositiones velimus conficere: nam fieri deberent tales per negationem post positionem subiecto: quae si fiat in negativa ut aliquis homo non est albus, fit in negativa, et malarum [illegible] ratio, scilicet aliquis homo non non est albus: si vero in affirmativa vg aliquis homo est albus, non aequipollet; sed tantum et fit eadem cum negativa, scilicet aliquis homo non est albus. Et inde nulla regula

sed similem aequipollentiam tradit Aristoteles. Dixi non nimis duras propositiones [illegible] quia non dubito posse quomodolibet [illegible] propositiones subcontrarias aequipollentes, ut in hac patet: non non aliquis homo non est albus, quae [illegible] aequipollet huic aliquis homo non est albus.

5 Ex conversione ultimus explicatur propositionum cum dicitur propositio converti, cum sub eadem [illegible] veritate salva eadem qualitate propositionum [illegible] commutantur ita ut subiectum in praedicatum, et praedicatum transeat in subiectum, ubi enim transpositione utraque propositio mutuo sese inferat in legitima consequentia. Ex quibus ita communiter eius definitio conficitur recta consequentia propositionis unius ex alia per extremorum transpositionem. Propositio cuius extrema mutantur dicitur conversa; quae vero resultat ex hac transmutatione, dicitur convertens. Et patet in hoc exemplo: nullus homo est lapis: ergo nullus lapis est homo.

6 Triplex a communi distingui solet conversio simplex per accidens, et per contrapositionem. Alii duas alias addidit P. Lince lib. et tract. [illegible] cap. 9, sed illis frequentari ut in utilibus tempore omittam. Simplex conversio, sive simpliciter dicitur, in qua transmutantur extrema eadem quantitate retenta vg nullus leo est homo: ergo nullus homo est leo. Conversio per accidens dicitur quando cum extremis mutatur etiam quantitas propositionis ut omnis est albus: ergo aliquod album est homo. Similiter nullus lapis est animal: ergo aliquod animal non est lapis.

